

Codice Diplomatico Longobardo I, 94

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Radchis uir excellentissimus rege, anno regni eius Christo auxiliantem quarto, [mense] martio, indictione prima; feliciter. Gallus uir uenerabilis diaconus tibi ecclesie Dei adque beatissimi Sancti Reguli loco [in] Uualdo perpetuam salutem dixit. Rerum creaturarum omnium creator Deus fecit hominem ad imaginem sue similitudinis, dans ei intellectum, ut eam que futura sunt agnoscatur, et de animabus suis a longe prouideant prodenter. Et ideo ego qui supra Gallus diaconus offero Deo et beatissime sancte Regule, id est: una casa mea, quas hauere uideor in loco Germaniano, qui regitor per Cioddolo et Teudericulo massariis; in eo tenure, ut, dum ego qui supra Gallus diaconus adiuuere meruero, usufructuandi in mea sid potestatem quid aut qualiter uolueru; et post transito uero meo, ipsa suprascripta casa cum suprascriptis massariis iuidem resedentem aliut redditum non facias nec angarias nec nulla scufias ad ipsa suprascripta Dei ecclesia, nisi tantum per singulus annus quattuor modia granu, uno animale quale abuerit, pro camisia tremmisse uno, una libra cera, uno sistario mel; et amplius nulla dationem aut scufia perexoluant, quia mihi sic actum est. et ammodo et in perpetuis temporibus, sicut supra legitur, securiter possedeas ipsa sancta Dei uirtutem, et sacerdos, qui iuidem deseruerit, pro meis delictis facinoribus incensanter Dominum deprecare diueas, et luminaria sanctorum Dei facias. Quam uero duas paginas uno tenure conscribte; et Gaudentium indignum presbites scriuere rogau, et subter signa sancte croci feci. Actum Luca. + Ego Gallus diaconus in hauc cartulam dotalium, sicut superius legitur, propria manus mea suscripsi. Signum + manus Theopigntus arcidiaconus testis. Signum + manus Milonia uiri uenerabilis presbitero testis. Signum + manus Deusdede uiri uenerabilis presbitero magistro soli testis. Signum + manus Aluari clerici testis. Signum + manus Gumpulu clerici filio Munipert testis. Ego qui supra Gaudentius presbites scribsi, compleui, relegi et dedi.